



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cursus Biennalis Studii Canonici, Sive Succincta Et
Methodica Sacrorum Canonum Explanatio**

Engelhard, Johann Martin

Moguntiae, 1700

Titvlvs II. De Desponsatione Impuberum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63255)

tem personæ, quod tunc fit, quando qualitas non est pluribus communis, sed singularis & certum individuum denotans, ut si quis v. g. dicat, se esse unigenitum filium aut filiam certi cujusdam Principis &c. quod si enim hæc qualitas desit, deesse censetur consensus in personam ut late explicat *Sanctus*.
Ex quibus

Inferes primò. Irritum esse matrimonium si id est sine consensu contractum uti *cap. 26. h. t.* decisum est

Inferes secundò. Nullum esse matrimonium metu gravi & ad extorquendum consensum injustè incusso contractum; requiritur enim Iure naturæ consensus qui non censetur adesse, si metus vel coactio intervenierit.

Inferes tertio. Tale matrimonium nullum esse etiam si juramento firmarum fuerit deficit enim consensus spontaneus ad valorem matrimonii necessariò requisitus.

TITVLVS II.

De

Desponsatione Impuberum.

QUÆRES I. Quænam ætas ad matrimonium vel sponsalia validè contrahenda requiratur? Respond. Cum ad sponsalia non nisi usus rationis, ad matrimonium autem insuper pubertas vel habilitas ad Copulam conjugalem requiratur, hinc canones diversam ad utrumque ætatem requirunt, ad sponsalia quidem septennium *cap. fin. h. t.* ad matrimonium autem in masculo 14.

D d 4

in

infceminâ 12. annos. Ratio est, quia usus vel adie vo
secretio rationis in utrisque eodem tempore scilicet sess. 2
pleto septennio perfectus adesse solet, non item quod
tentia generandi quæ in viris tardius quàm fecundad m
nis reperitur.

QUÆRES 2. An valeant sponsalia ante
ptennium contracta si malitia suppleat ætatem?
quâ questione non conveniunt Doctores, quon
quidam affirmativam, alii negativam tuerentur, e
interim cenſeo sponsalia ante septennium valere,
adfuert usus rationis; Ratio est paritas cum ma
monio, ad quod sponsalia sunt via, & dispositio
ideò enim in matrimonio malitia supplet defectu
ætatis, quia potentia coeundi aliquando antev
annos pubertatis; Ergò si usus rationis quandoq
adsit ante septennium supplebit etiam in sponsalib
lis Tr
Ex l
tur,
tia l
cessa
urpo
adm
fent
gest
coa

QUÆRES 3. An dicta ætas debeat esse com
pleta omnino? Respond. Affirmat & quidem
probabiliter debet esse completa physicè, non mo
raliter tantum, ut tradit Sanchez. ætas enim lue
præscripta currit de momento in momentum aug
3. S. minorem ff. de minoribus.

TITULUS III.

De

Clandestinâ Desponsatione.

QUÆRES 1. Quid sit matrimonium clau
destinum? Respond. Matrimonia clandestina
dicuntur, quæ sine testibus contrahuntur,
quæ quidem ob varia pericula, & exortas inde li
res semper fuerunt prohibita, non tamen nulla; he
die